

BACILLI LIQUIRITIÆ CITRINI.

- ℞. Pulveris Liquiritiæ unc. j.
 Ireos Florentinæ.
 Amyli ana unc. β.
 Croci scrup. ij.
 Sacchari albissimi libr. j.

Fiat cum sufficienti quantitate mucilaginis
 Gummi Tragacanthæ massa, ex qua formentur
 bacilli.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

- ℞. Olei Nucis Moschatæ expressi unc. iij.
 Dest. Lavandulæ scrup. iv.
 Cinnamomi.
 Caryophyllorum ana scrup. ij.
 Majoranæ.
 Anthos ana dr. β.
 Rutæ.
 Succini ana scrup. β.
 Balsami de Peru nigri dr. iβ.

Omnia commiscendo fiat lege artis Balsa-
 mum, quod tingatur colore nigro ope sufficien-
 tis fuliginis puræ & tenuissimæ. Hoc incomple-
 tum nuncupatur; completum reddi potest ad-

ditamento *Mofchi, Zibethi, & Ambræ griseæ*
pro lubitu Medici præſcribentis.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

℞. Olei Caryophyllorum dr. j.

Nucis Moſchatae preſſi dr. iij.

Miſce, fiat Balsamum ſola frigida mixtionē.

Eodem modo *Balsama* reliquorum *oleorum*
essentialium parari ſolent, conficienda ex tem-
pore ſingula.

BALSAMUM SAXONICUM

℞. Olei deſtillati Lavandulae.

Succini ana ſcrup. iv.

Pulegii.

Majoranae.

Salviae.

Anthos.

Satureiae ana dr. j.

Macis.

Rutae.

Menthae.

Origani ana ſcrup. ij.

Nucis Moſchatae expreſſi unc. v.

Mi-

Misceantur frigide omnia, & fiat Balsamum,
quod etiam loco BALSAMI CELLENSIS & STO-
MACHICI exhiberi potest.

(*) BALSAMUM SULPHURIS

RULANDI, *sive* SIMPLEX.

℞. Florum sulphuris unc. iij.

Olei Amygdalarum, vel Nucum, vel Pa-
paveris libr. iβ.

Leni igne solve sulphur in oleo prudenter
& semper adflans, interdum agitando materiem,
donec consistentiam balsami acquisiverit.

(*) BALSAMUM SULPHURIS

ANISATUM.

℞. Balsami sulphuris Rulandini part. j.

Olei destillati Anisi part. v.

Digere leni calore, & serva.

(*) BALSAMUM SULPHURIS

TEREBINTHINATUM.

℞. Balsami sulphuris Rulandini part. j.

Olei Terebinthinæ part. viij.

Digere, ut supra.

BUTYRUM ANTIMONII

℞. Antimonii crudi.

Mercurii sublimati corrosivi ana libr. j.

Singula seorsim in pulverem redacta misceantur accurate in mortario vitreo, & indantur retortæ, appositoque excipulo fiat destillatio in balneo arenæ leni calore, paulatim aucto, donec butyracea materies prodire cesset. Hæc ex collo retortæ ope prunæ, caute admotæ, liquecat, ut in excipulum transfluat. Tunc ignis amoveatur, frigescat apparatus, & tollatur butyrum ex recipiente, in vitro bene clauso asservandum.

Si pergitur, expulso omni butyro, in destillatione aucto multum igne, sublimatur ad collum retortæ materies nigricans, trituratione obscure rubens, quæ CINNABARIS ANTIMONII vocatur. Mercurius vivus, qui etiam hic elevari solet, facile separari a reliquis potest.

Qui BUTYRUM ANTIMONII ALBUM desiderat, simplici nova destillatione illud obtinere potest.

Digere, ut supra.
CAN-